Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



10

aut de spitali consequente eos petra petra
aut erat ipsius Ge. Ad inter in opportunitatibus in
tribulatione speraverunt in te qui noverunt te quia non derelin
quis querentes te domine v. Quia non in finem erit ob
livio pauperis patientia pauperis non peribit in finem
exurge domine non prevaleat homo Tractus De
profundis clamavi ad te domine domine exaudi vocem meam
fiant aures tue intendentes in orationem servi tui v. Si
iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit v. Qua
apud te propitiatio est et propter legem tuam sustinuit te domine
Tractum erga ab hinc usque ad sabbatum sancti pasce
In illo tempore dixit parabolam. Simile est regnum
celorum homini patrifamilias qui erat ex
primo mane conducere operarios in vineam suam
Conventione autem facta cum operariis ex denario
diurno misit eos in vineam suam. Et
egressus circa horam tertiam vidit alios stan
tes in foro otiosos et dixit illis. Ite et vos in
vineam meam et quod iustum fuerit dabo
vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exivit circa
sextam et nonam horam et fecit similiter. Circa
vndecimam vero horam exivit et invenit
alios stantes et dixit illis. Quid hic statis
tota die otiosi. Dicunt ei. Quia nemo nos con
duxit. Dicit illis. Ite et vos in vineam meam.
Cum autem sero factum esset. Dixit dominus
vineae procuratori suo. Voca operarios et redde